✠

26.

7

BREVE
DE LA SANTIDAD
DE CLEMENTE XIV,

EN QUE PRESCRIBE AL NUNCIO nueva forma sobre el modo de cometer dentro de España las causas eclesiásticas; priva al Auditor de todo conocimiento contencioso, y declara que sean Españoles los que exerzan oficios en la Nunciatura y del agrado de S. M. como mas por menor se expresa en él.

AÑO  1773.

EN MADRID.

EN LA IMPRENTA DE PEDRO MARIN.

27.

CLEMENS PP. XIV.

ad perpetuam rei memoriam.

Administrandae justitiae zelus, quo semper claruerunt Romani Pontifices Praedecessores nostri id sanè effecit, ut paternam suam vigilantiam in ea integrè, sapienterque cuique tribuenda adhibere numquam praetermiserint: Ea propter Nos quoque ipsorum exempla sectando praecipuum munus nostrum esse ducimus, ut nostra in hoc potissimùm studia desiderari minimè patientes; apostolicae etiam auctoritatis partes collocemus.

Dudum sanè, sicut nuper accepimus, in Tribunali Nunciaturae nostrae Apostolicae Hispaniarum Auditor pro tempore ibidem existentis Nuntii Apostolici Lites, & Causas tàm Civiles, quàm Criminales Regularium, aliorumque Exemtorum, ac Sedi Apostolicae immediatè subjectorum tamquàm Ordinarius Judex in prima instantia cognoscere, ac definire assuevit, simulque in causis, in quibus Venerabiles Fratres Ar-

CLEMENTE XIV PAPA

para perpetua memoria.

El celo de la administracion de justicia, que ha sido en todos tiempos esclarecido atributo de los Pontífices Romanos, predecesores nuestros, les movió á emplear siempre su paternal vigilancia, á fin de que se hiciese esta á todos bien y cumplidamente. Por esto asimismo Nos, imitando su exemplo, y no queriendo padecer omision principalmente en materia de esta naturaleza, tenemos por propria obligacion nuestra interponer tambien la autoridad Apostólica para este efecto.

2 Habiendo sido informados poco ha, de que en el Tribunal de nuestra Nunciatura Apostólica de las Españas el Auditor del Nuncio Apostólico, que en qualquiera tiempo ha sido en aquellos Reynos, ha estado de mucho tiempo á esta parte en posesion de conocer y decidir en primera instancia, como Juez Ordinario, los pleytos y causas así civiles como criminales de los Regulares, y demas esentos, sugetos inmediatamente á la Silla Apostólica,

Archiepiscopi, & Episcopi Regnorum hujusmodi suas jàm ediderunt sententias, tamquam Judex appellationis idem Auditor eas confirmare, vel infirmare solebat: Ut autèm imposterùm maturiùs, & commodiùs in causis praedictis jus unicuique tribuatur, re priùs seriò perpensa, novam in Causis, & Judiciis hujusmodi perpetuò, & omninò servandam formam per praesentes nostras Literas constituere, ac praescribere decrevimus.

Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Auditorem pro tempore existentis nostri, & Apostolicae Sedis in Hispaniarum Regnis Nuntii, quacumque auctoritate, facultate, & jurisdictione agnoscendi, decidendi, & terminandi omnes, & quascumque causas praefatas tàm in prima, quàm in ulterioribus instantiis, & in gradu appellationis, perpetuò paritèr privamus, & pro privato haberi volumus, & mandamus, ejusdemque Audi-

ca, y de que el mismo Auditor tambien, como Juez de apelacion, confirmaba ó revocaba las Sentencias, que habían pronunciado en las causas nuestros venerables hermanos los Arzobispos, y Obispos de dichos Reynos: Para que en lo sucesivo se administre justicia á todos en las sobredichas causas mas expeditamente y con mas madurez, habiendo ántes considerado seriamente el asunto, hemos determinado establecer y prescribir por estas Letras nuestras una nueva forma, que se ha de observar en todo y por todo perpetuamente en el conocimiento y decision de ellas.

3 Por tanto, motu proprio, de cierta ciencia, con madura deliberacion nuestra, y con la plenitud de la potestad Apostólica, privamos perpetuamente, y queremos y mandamos que se tenga por privado, al Auditor del Nuncio nuestro, y de la Silla Apostólica, que en adelante fuere en los Reynos de España, de toda y qualquiera autoridad, facultad y jurisdicion de conocer de todas y de qualquiera de las mencionadas causas, y de decidirlas y terminarlas, así en primera instancia, como en las ulteriores, ó en grado de apelacion; y en lu-

 28

ditoris loco, Rotam Nuntiaturae Apostolicae nuncupandam, & in Villa Civitate nuncupata Matriti, Toletanae Dioecesis, erigendam, & constituendam, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, perpetuò itidèm substituimus, ponimus, & subrogamus. Huic verò Tribunali Rotae sic erigendo, cognitio praefatarum Causarum à pro tempore existente nostro, & Sedis praefatae in Hispaniarum Regnis Nuntio committenda erit iisdem modo, & forma, quibus Tribunal nostrum Signaturae Justitiae nuncupatum causas in hac alma Urbe nostra Auditorio Rotae Romanae committere semper assuevit.

Numerus autem eorum, quibus Rotae Tribunal Nuntiaturae hujusmodi constituetur, Senarius pro nunc erit, ac in duos, ut vocant, Turnos dividendus, ita ut uterque ex Turnis hujusmodi Tria Vota, sive suffragia habere, ac numerare debeat, tributa Ponenti, illi nempe ex eis, cui commissio causae di-

gar del dicho Auditor, igualmente motu proprio, de cierta ciencia, y con la plenitud de la potestad Apostólica substituimos, ponemos, y subrogamos perpetuamente un Tribunal, que se ha de llamar la Rota de la Nunciatura Apostólica, el qual se ha de erigir y establecer en la Villa y Corte de Madrid, de la Diócesis de Toledo: y á este Tribunal de la Rota que se ha de erigir y establecer como acabamos de decir, ha de cometer el Nuncio nuestro y de la dicha Silla, que lo fuere en lo sucesivo en los Reynos de España, el conocimiento de las mencionadas causas, del mismo modo y forma que nuestro Tribunal llamado la Signatura de Justicia, en esta nuestra Ciudad de Roma, ha acostumbrado siempre cometer las causas á los Auditores de la Rota Romana.

4 El número de Jueces de que se ha de componer el Tribunal de la Rota de dicha Nunciatura, por ahora, ha de ser el de seis, los quales se han de dividir en dos Turnos, de suerte que cada uno de estos Turnos deba tener y constar de tres votantes, ó votos: concediendo al Ponente, es á saber al uno de los tres á quien se haya dirigido

directa reperiatur, non solum eadem facultate, & jurisdictione, qua Ponentes Auditorii Rotae Romanae praedictae in praeparatoriis actis Judicialibus utuntur, & fruuntur, sed etiam potestate ferendi suffragium in causa ab ipso proposita.

Quod si propter diversitatem, seu discrepantiam suffragiorum nulla in propositis causis capta fuerit resolutio, tunc juxta Romanae Rotae leges, ac praxim idem Nuntius quartum quoque, seu etiam quintum ex Judicibus praefatis ad suffragium in eis ferendum admittere liberè, ac licitè possit, & valeat; causasque praetereà in uno Turno ejusdem novae Rotae decisas, ac per sententiam definitas alteri ex Judicibus ejusdem novae Rotae, & in alio Turno quemadmodùm à Tribunali Signaturae alteri Auditori Rotae Romanae committuntur, ita & ipse Nuntius, perpensis singularum causarum statu, & circunstantiis, ac qualitatibus, etiam pluries in suspensivo, ac respectivè devolutivo iterùm committere liberè pariter, & licitè possit, ac valeat. Omnes hi sex Judices dictum Tri-

do la comision de la causa, no solo la misma facultad y jurisdicion que tienen, y de que usan los Auditores de la sobredicha Rota Romana, quando son Ponentes, en los actos judiciales, que preceden á la decision; sinó tambien el que tenga voto en la causa que el haya propuesto.

5 Y si por discordia, ó diversidad de votos no quedasen decididas las causas propuestas, en tal caso, segun la norma y práctica de la Rota Romana, el dicho Nuncio podrá libre y lícitamente hacer que vote en las sobredichas causas quarto, y siendo necesario tambien quinto Juez de los sobredichos. Y ademas de esto el dicho Nuncio, atendiendo al estado circircunstancias y calidades de cada una de las causas, podrá tambien libre y lícitamente cometer una y mas veces, así en el efecto suspensivo como en el devolutivo respectivamente, las causas decididas y terminadas por sentencia de un Turno de dicha nueva Rota, á otro Juez de ella del otro Turno; de la misma suerte que se cometen por el Tribunal de la Signatura á otro Auditor de la Rota Romana. Y todos estos seis Jueces, de que se ha de componer el dicho Tribunal de la Rota de la

Tribunal Rotae Nuntiaturae constituentes in Domo vel ejusdem Nuntiaturae, vel Decani, illius scilicet, qui inter eos antiquior sit, vel in alio loco à pro tempore existente Nuntio praedicto designando, pro causarum definitione simul convenire teneantur.

Quoniàm verò usque adhùc à memorato Nuntio sex vigore Apostolicarum in simili forma Brevis Literarum Judices nominabantur in Curia, nuncupati Prothonotarii Apostolici, honore etiam gaudentes, quibus idem Nuntius agnitionem causarum praedictarum, quandoque, committere solebat; hinc, ut imposterùm nominatio sex Judicum ecclesiastica qualitate paritèr pollentium, & Rotam praedictam constituentium, perpensis cujuscumque meritis, doctrina, & qualitatibus sequatur, eam ad praesentationem Carissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, suorumque in Regnis hujusmodi Successorum à Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus per Literas in simili forma Brevis perpetuò pariter peragendam esse volumus, atque decernimus. Fis-

la Nunciatura, se juntarán para la decision de las causas, ó en la casa de dicha Nunciatura, ó en la del Decano, es á saber del que sea el mas antiguo de dichos Jueces, ó en otro sitio que señalare el sobredicho Nuncio que en adelante fuere.

6 Y siendo así que hasta ahora el mencionado Nuncio en virtud de Letras Apostólicas, en igual forma de Breve, nombraba seis Jueces *in Curia*, que gozaban el honor de ser Protonotarios Apostólicos, á los quales el mismo Nuncio cometía algunas veces el conocimiento de dichas causas; por tanto á fin de que en lo sucesivo el nombramiento de los seis Jueces, que han de ser igualmente Eclesiásticos, y de quienes se ha de componer dicha Rota, se haga atendidos los méritos, ciencia, y calidades de cada uno, queremos y determinamos que este se haya de hacer perpetuamente por Nos, y por los Pontífices Romanos sucesores nuestros, por Letras Apostólicas en igual forma de Breve, á presentacion de nuestro muy amado en Cristo hijo Cárlos Rey Católico de las Españas, y de sus sucesores en los mismos Reynos. Por lo tocan-

 te

Fiscalis praetereà, quem semper habuit Nuntiatura Apostolica praefata in eodem suo officio remanere, & locum in Rota sic erigenda obtinere debeat, atque imposterùm ex Hispanica tantùm Natione, & is per similes Literas à Nobis, & Successoribus nostris praedictis eligendus erit, quem gratum, & acceptum eidem Carolo Regi, suisque in Regnis praedictis Successoribus fore constiterit.

Non autem omnes causae à praedicto Nuntio Tribunali novae Rotae hujusmodi committi poterunt, quandoquidèm illae Exemtorum, & residentium, seu commorantium in Provinciis eorumdem Regnorum, ut imposterùm idem Nuntius causas hujusmodi vel Locorum Ordinariis, vel Judicibus Synodalibus earumdem Provinciarum, reservata Nuntiaturae Apostolicae appellatione, committere debeat, ac teneatur, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, statuimus, & mandamus; in aliis verò causis, quae in gradu appellationis interpositae à Sententiis Ordinariorum, vel Archiepiscoporum hujusmodi Regnorum in

te al Fiscal, que ha habido siempre en la sobredicha Nunciatura Apostólica, permanecerá con su mismo oficio, y tendrá lugar en la Rota, que se ha de erigir segun va expresado: y en adelante ha de ser precisamente Español, y elegido por Letras nuestras, ó de nuestros sucesores, en igual forma de Breve, constando ser su persona del agrado y aceptacion del dicho Rey Cárlos, y de sus sucesores en los sobredichos Reynos.

7 Mas no ha de poder el dicho Nuncio cometer todas las causas á este Tribunal de la nueva Rota, pues Nos motù proprio, de cierta ciencia, y con la plenitud de la potestad Apostólica, establecemos y mandamos que esté obligado y deba cometer en lo sucesivo las causas de los esentos, que residen ó habitan en las Provincias de dichos Reynos, á los Ordinarios Locales, ó á los Jueces Sinodales en las mismas Provincias, reservando la apelacion á la Nunciatura Apostólica; por lo respectivo á las demas causas que vienen á la sobredicha Nunciatura en grado de apelacion, interpuesta en segunda ó tercera instancia, de las Sentencias de los Ordinarios,

in secunda, aut tertia instantia ad Nuntiaturam praefatam devolvuntur, pro tempore existens Nuntius praedictus seriò perpensis omnibus circunstantiis causarum praefatarum, & personarum, ac distantiae Locorum, servata, quoad fieri poterit, dispositione Sacrorum Canonum, & Conciliorum, sine gravi causa lites, ac litigantium personas extra eorum respectivè Provincias trahere prohibentium, easdem causas vel Judicibus Synodalibus Dioecesum, vel novae Rotae praedictae committere debeat.

In aliis autem causis Criminalibus id totum ad amussim omninò, ac perpetuò servandum erit, quod à Concilio Tridentino, Sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus praescriptum reperitur circa appellationes, & recursus in iis omnibus, quae compatibilia sint cum nova hac judicandi forma per praesentes nostras Literas instituta; hincque gradualis, & legitimus ordo semper servabitur in admittendis, recipiendisque appellationibus, & quocumque recursu, ita ut in prima instantia omnibus Ordina-

rios, ó Arzobispos de dichos Reynos, establecemos y mandamos que el mencionado Nuncio, que en adelante fuere, consideradas todas las circunstancias de las enunciadas causas, de las personas, y de las distancias de los parages, y observando en quanto ser pueda lo dispuesto por los Sagrados Cánones y Concilios, que prohiben se extraygan sin grave causa de sus respectivas Provincias los Pleytos, y los Litigantes, deba cometer las dichas causas, ó á los Jueces Sinodales de las Diócesis, ó á la sobredicha nueva Rota.

8 Asimismo establecemos y mandamos, que en las causas criminales se observe perpetua y puntualmente en todo y por todo lo prescrito por el Concilio Tridentino, por los Sagrados Canones, y por las Constituciones Apostólicas acerca de las apelaciones y recursos, en todo lo que sea compatible con esta nueva forma de juzgar las causas establecida por estas nuestras Letras; por lo qual se observará perpetuamente el órden gradual, y legítimo en admitir y recibir las apelaciones, y qualquiera recurso: de suerte que siempre quede salva

nariis salva perpetuò maneat judicandi facultas, ac regularis monastica disciplina, quoad correctionem Regularium, firma consistat.

Quamquàm verò ex huc usque dispositis per praesentes omnis jurisdictio quoad causas praefatas in Auditore pro tempore existentis Nuntii Apostolici hujusmodi extincta penitus sit, ut praefertur, nihilominus etiam imposterùm aliquem Ecclesiasticum Virum prudentia, doctrina, & pietate praeditum ex Hispanica Natione, quem gratum similiter, & acceptum eidem Carolo Regi, suisque Successoribus praedictis fore constiterit, in Assessorem, seu Auditorem ejusdem Nuntii à Nobis, & Successoribus nostris praefatis per similes Apostolicas Literas eligendum esse volumus, atque decernimus; cujus tamen Assessoris, seu Auditoris opera idem pro tempore existens Nuntius ita utatur, ut ipso Assessore, seu Auditore interveniente omnes expeditiones gratiae, & justitiae fiant, & earumdem expeditionum formam dictus Assessor, seu Auditor debeat examinare. Alium quoque praedi-

á los Ordinarios la facultad de conocer en primera instancia, y quede subsistente la disciplina regular monástica en quanto á la correccion de los Regulares.

9 Y aunque mediante lo dispuesto hasta aquí por las presentes quede suprimida enteramente, por lo respectivo á las mencionadas causas, toda la jurisdicion del Auditor de dicho Nuncio Apostólico que en adelante fuere, como va expresado, no obstante queremos y determinamos que por Nos y por los dichos sucesores nuestros, por Letras Apostólicas en igual forma de Breve, se elija en lo sucesivo por Asesor, ó Auditor de dicho Nuncio un Varon Eclesiástico dotado de prudencia, ciencia, y virtud, que ha de ser Español, y tambien del agrado y aceptacion de dicho Rey Cárlos, y de dichos sus sucesores; del qual Asesor, ó Auditor se ha de valer el dicho Nuncio que en adelante fuere, para que con intervencion del mismo Asesor, ó Auditor se libren todos los despachos de gracia y justicia, debiendo este exâminar la forma de dichos despachos. Igualmente orde-

dictae Nunciaturae Officialem Abbreviatorem nuncupatum, quem antea ex quacumque Natione assumi consueverat, imposterùm ex Hispanica tantùm Gente, quemque paritèr gratum fore, acceptumque eidem Carolo Regi, suisque in Regnis praefatis Successoribus significabitur, etiàm à Nobis, & Successoribus nostris praedictis, ut praemittitur, eligendum esse praecipimus, & mandamus.

Ipsius tamen pro tempore existentis in Hispaniarum Regnis Nuntii jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem in nihilo imminutam, mutatam, vel innovatam esse per praesentes decernimus, & declaramus. Quò circa omnibus, & singulis facultatibus, auctoritatibus, & privilegiis, quibus ipse tamquam Sedis praefatae de Latere Legatus juxta Literas Apostolicas in simili forma Brevis pro unoquoque ex hujusmodi Nuntiis expediri solitas, antea fruebatur, gaudebat, & potiebatur, eum quoque imposterùm iis omnibus gaudere, frui, & potiri debere volumus, & praecipimus, atque decernimus: Neque ejusdem Nuntii omnimodam jurisdictio-

denamos y mandamos que el oficial de la sobredicha Nunciatura, llamado Abreviador, que ántes solía escogerse de qualquiera nacion, haya de ser en lo sucesivo Español, y tambien del agrado y aceptacion de dicho Rey Carlos, y de sus sucesores en los mencionados Reynos, y que sea elegido por Nos, y por los sobredichos sucesores nuestros como va expresado.

10 Pero determinamos y declaramos que por las presentes no se limita, muda, ó innova en nada la jurisdicion, facultad, y autoridad del Nuncio que en adelante fuere en los Reynos de España; por lo qual es nuestra voluntad, y ordenamos y mandamos que el dicho Nuncio tenga, goce, y use en lo sucesivo de todas y cada una de las facultades, autoridades, y privilegios que ántes como Legado *a Latere* de la mencionada Silla tenía, y de que gozaba y usaba en virtud de las Letras Apostólicas, que se han acostumbrado expedir, en igual forma de Breve, á cada uno de dichos Nuncios: y establecemos y mandamos motu proprio, de cierta ciencia, y con la

ctionem, auctoritatem & facultatem per praesentes nostras Literas, vel per alias quascumque ordinationes, ac regulas, quae quoad novum Tribunal Rotae sic erigendae in futurum etiam decerni, ac praescribi contigerit, in aliquo immutatam, diminutam, ac innovatam, sed perpetuò, sicuti prius, ita, & imposterùm firmam omninò manere debere, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus statuimus etiam, & ordinamus.

Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque semper, ac perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quo-

quam

la plenitud de la potestad Apostólica, que por las presentes Letras nuestras, ó por qualesquiera otras disposiciones y reglas que ocurran darse, ó prescribirse en adelante por lo respectivo al nuevo Tribunal de la Rota, que se ha de erigir como va dicho, no haya de quedar mudada, limitada, ó innovada en cosa alguna la omnímoda jurisdicion, autoridad, y facultad del dicho Nuncio; sinó que deba permanecer en todo y por todo perpetuamente firme en lo sucesivo como ántes.

11 Declarando que estas Letras, y todas las cosas contenidas en ellas, sean, y hayan de ser siempre y perpetuamente firmes, válidas, y eficaces, y que surtan y obren sus plenos, é íntegros efectos, y sufraguen plenísimamente en todo y por todo á aquellos á quienes toca, y en adelante en qualquiera tiempo tocáre, y que se observen inviolablemente por ellos en la parte que les toque; y que así se deba juzgar y determinar á cerca de todas y cada una de las cosas expresadas por qualesquiera Jueces ordinarios y delegados, aunque sean Auditores de las causas del Palacio Apostólico: y declaramos nulo y de ningun valor lo que

de

32.

quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Tribunalis Auditoris hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, teno-

de otra suerte aconteciere hacerse por atentado sobre esto por alguno, con qualquiera autoridad, sabiéndolo ó ignorandolo.

12 Sin que obsten las Constituciones y disposiciones Apostólicas, ni los estatutos y costumbres aunque sean inmemoriales del Tribunal de dicho Auditor, aunque estén corroboradas con juramento, confirmacion Apostólica, ó con qualquiera otra firmeza; ni los privilegios, indultos y Letras Apostólicas de qualquiera tenor y forma que sean, y con qualesquiera cláusulas que estén concebidas, aunque sean derogatorias de las derogatorias, y otras mas eficaces, ó eficacísimas, y no acostumbradas é irritantes, ni otros decretos concedidos, confirmados, ó renovados que general ó especialmente, ó de otro qualquiera modo, sean en contrario. Todos y cada uno de los quales, aunque para su suficiente derogacion se hubiera de hacer particular, especial, expresa, é individual mencion de ellos, y de todo su tenor palabra por palabra, y no por cláusulas generales equivalentes, ó se hubiera de hacer qualquiera otra expresion, ó guardar para esto alguna otra

nores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, & exprimerentur, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVI *Martii* MDCCLXXI, *Pontificatus Nostri Anno secundo.*

A. Card. Nigronus.

Loco ✠ Sigilli.

otra particularísima forma, teniendo en las presentes sus contextos por plena y suficientemente expresados é insertos, como si se expresasen é insertasen palabra por palabra, debiendo quedar en lo demas en su fuerza y vigor, los derogamos por esta sola vez especial y expresamente, para el efecto sobredicho; y otras qualesquiera cosas, que sean en contrario.

13 Dado en Roma en Santa María la Mayor, con el Sello del Pescador el día 26 de Marzo de 1771 año segundo de nuestro Pontificado.

A. Cardenal Negroni.

En lugar ✠ del Sello.

Certifico yo Don Felipe de Samaniego, Caballero del órden de Santiago, Arcediano de la Valdonsella, Dignidad de la Santa Iglesia Catedral de Pamplona, del Consejo de S. M, su Secretario y de la Interpretacion de lenguas, que este traslado de un Breve de S. S. es conforme á su original, que ha sido remitido al Consejo con Real Decreto de veinte y seis de Octubre próxîmo, y que la traduccion en Castellano, que le acompaña, está bien, y fielmente hecha: y para que conste lo firmé y sellé. Madrid tres de Noviembre de mil setecientos setenta y tres.

Don Felipe de Samaniego



BREVE DE LA SANTIDAD De CLEMENTE